



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

LXXII. Der Papst Innocenz IV. gewährt dem Domcapitel, daß es nicht dürfte gezwungen werden einen Domherrn aufzunehmen, ohne specielle päpstliche Anordnung, am 21. Juli 1245.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

fica et a divinorum officio sit suspensa. Ut autem hec omnia observentur in perpetuum inconcussa, hoc prefens statutum nostrorum impressionibus sigillorum duximus muniendum, adhibitis et inscriptis testibus idoneis, quorum nomina sunt hec: venerabilis dominus Ruthgerus Brandenburgensis episcopus, dominus Petrus de Brandenburg, dominus Henricus de Levenwalde, dominus Symeon de Berlin, prepositi, Alexander plebanus de Ratenow, Johannes et Albertus notarii curie, laici vero Bertholdus de Veltberg, Fridericus de Kare, Bodo de Knefebeke, Willekinus de Tornow, Gerardus de Kercow, Fridericus de Bertecow, et alii quam plures, tam clerici quam laici tunc presentes. Acta sunt hec Marchede, anno domini M^o. CC^o. XLIII. VII. Kal. Februarii.

Nach dem Originale. — Ungenauere Abdrücke bei Gercken, Stiftsch, S. 458. — Müller und Küster's Berlin I, 427.

LXXII. Der Papst Innocenz IV. gewährt dem Domcapitel, daß es nicht dürfe gezwungen werden einen Domherrn aufzunehmen ohne specielle päpstliche Anordnung, am 21. Juli 1245.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri episcopo et dilectis filiis, capitulo Brandenburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Paci et tranquillitati vestre ac Brandenburgensis ecclesie paterna volentes in posterum sollicitudine providere, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut ad recipiendum aliquem in canonicum vel provisionem alicujus in pensionibus seu prebendis vel dignitatibus aut aliis ecclesiasticis beneficiis compelli auctoritate sedis apostolice vel legatorum ipsius minime valeatis absque speciali mandato sedis ejusdem, faciente plenam de Brandenburgensi ecclesia et hac indulgentia mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Lugduni, XII. Cal. Aug., pontificatus nostri anno tertio.

Nach der Copie im Copialbuche.

LXXIII. Der Papst Innocenz IV. gewährt dem Bischof von Brandenburg das Zugeständniß, daß seine Kirche nicht mit dem Banne belegt werden dürfe ohne ausdrückliche päpstliche Anordnung, am 21. Juli 1245.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri episcopo Brandenburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Apostolice sedis benignitas sincere obsequentium vota fidelium favore benivolo prosequi consuevit et devotorum personas, quas in sua devotione promptas invenerit et serventes, quibusdam titulis decentius decorare. Ut igitur ex speciali devotione, quam ad nos et Romanam ecclesiam habere dinosceris sentias tibi favorem apostolicum non modicum accrevisse, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut nullus delegatus vel subdelegatus, executor aut etiam conservator auctoritate sedis apostolice vel legatorum ipsius in te seu ecclesiam tuam excommunicationis,